



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

35 In quibus causis debet assistere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

20. & Amaya dicta l. final. cap.
3. num. 35. vers. adheretque.

35. Quamobrem * Aduocatus Fi-
sci Pontificij debet assistere,
suumque votum proferre, suf-
fragium dando in Tribunali
Camerae, ac omnibus sessioni-
bus, & Congregationibus, in
quibus agitur de interesse Fisci,
aut Sedis, & Camerae Aposto-
licae, deque Regalibus D. Petri
vt Reuerendissimus Scannaro-
lus inquit dicto cap. 4. num. 12.
subdens num. 14. in antiquis
constitutionibus Tribunalis Ca-
merae sancitum fuisse, quod Ad-
uocatus, & Procurator Fisci,
tam in Camera Apostolica,
quam extra, interesse ipsius
Camerae studiosè curent, & cum
in

in ea, vel alibi de prædicto interesse sermonem haberi audierint, illud quantum iustitia expostulauerit sine aliquo respectu teneantur defendere, etiam si super hoc extrâ Cameram aliqua causa, siue Iudicium civile, vel criminale intentatum fuerit, & quando fiet aliqua declaratio incurfus pœnarum eidem Cameræ applicatarum, vel absolutio ab eisdem, de rebus per ipsum Aduocatum, & Procuratorem detur Cameræ Apostolicæ opportuna notitia, vt possit in omnibus prouidere; *et num. 15. cum seq. caueri in §. 38. Constitutionis 58. Pij IV. quòd Fisci Aduocatus in omnibus causis criminalibus, & aliàs Fi-*

R 3 scum

scum tangentibus, vbi articuli iuris emerferint, interueniat, & Procurator Fisci ipsum super hoc omninò requirere teneatur, & in eis absquè vllò præmio patrocinetur: Possit tamen ab instigatoribus, propriam iniuriam vel interesse prosequentibus, si quid spontè dare voluerint, illud percipere; Idemquè repeti in *Constitutione 71. Pauli V. super Reformatione Tribunalium titulo de Aduocatis Pauperum, & Fisci vers. Fisci Aduocatus.*

Pariterquè *num. 18. cum binis sequentibus* addit, in vtraquè super *Visitatione Carcerum sanciri*, quòd * *Aduocatus Fisci in omnibus visitationibus Carcerum*

rum